

gnatellus tom. 8. consil. 133. num. 1. & 2. Quartus casus est, si conjux innocens velit se separare a conjuge in haresim lapsus; & tunc propria auctoritate id facere potest, cum agatur de fugiendo periculo subversionis à fide juxta textum expressum in cap. De illa. De Divortio, & per alia Jura, quae refert Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 42. art. 9. §. 3. à num. 332. & seqq. Quintus casus est, si imminet periculum mortis, seu alterius gravis damni conjugi innocenti, quod fugere non possit, nisi celeriter à conjuge suo se separet; & in hoc casu sive agatur de adulterio, sive de alio quocumque delicto, quod sufficiat ad Divortium faciendum, potest illud exequi, non expectata Judicis sententia. Mastris d. disp. 7. num. 567. & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 42. num. 318. & num. 336. Sanchez d. lib. 10. disp. 12. Basilii Pontius d. lib. 9. cap. 23. num. 7. & Barbosa in Votis Decifivis lib. 1. Vol. 9. num. 8 ubi addit, quod si Maritus pereret sibi restitui uxorem, antequam procedatur in causa, non est exaudiendus; & satis est, si ipsa reponatur vel in Monasterio, vel in loco tuto, donec Judex cognoscat super legitimo motivo Divortii.

Quo ad Ultimum; in quo Queritur, Ad quid teneatur, qui dat causam Divortii? Respondetur Primo, quod si Maritus per adulterium, aut alias suas enormitates dedit causam Uxori, ut faceret Divortium, tenetur vel eidem alimenta subministrare. cap. 2. De Divortio Jul. Clarus in §. Adulterium. Vars. Facta autem. Antonellus de Regimine Eccl. lib. 6. cap. 33. num. 8. Vinc. de Franchis Decif. 244. num. 2. part. 2. Vel eidem Uxori dotem restituere, Cavalcan. Decif. 18. num. 30. part. 2. & Decif. 21. num. 27. part. 4. Maceraten. Var. Resol. lib. 3. resol. 46. num. 10. Si vero causa Divortii processit ab Uxore, eo quia ab ipsa commissum sit adulterium, propter quod expulsa fuit à Marito; in hoc casu Uxor perdit Dotem, & alimenta petere non valet. cap. Plerumque, de Donat. inter Vir. & Uxor. Authentico Sed hodie. C. De Adulter. Nicolius di. lib. 1. Instit. Civil. tit. 10. num. 92. Respondetur Secundo, quod sive Maritus, sive Uxor dederit causam Divortio per adulterium, eo per Judicis sententiam facto, adulter non potest Religionem intrare, neque ordines Sacros assumere, nisi de licentia, atque consensu alterius conjugis innocentis, in saeculo remanentis. S. Thomas in 4. dist. 35. quest. Unic. art. 6. ad 3. nec non 3. p. quest. 62. art. 6. ad 3. Salmanticenses di. cap. 16. nu. 53. ea ratione, quia conjux innocens habet potestatem advocandi ad se conjugem reum praevia cuiuscumque injuriae remissione; ut dictum est supra num. 27. & tunc tenetur ipse reus redire ad conjugem suum innocentem; & casu quo esset vel ordinatus, vel professus, adhuc potest obligari, ut revertatur ad ipsum. Aversa d. q. 23. sed. 8. §. In tali autem. Sanchez lib. 10. disp. 10. num. 15. & Bonacina qu. 4. puncti 5. num. 14. & alii apud eosdem Salmanticenses ubi supra. num. 54. qui bene advertunt, non esse recipiendum conjugem reum ad Ordines, seu ad Professionem Religiosam absque consensu alterius conjugis innocentis, nisi iste mutasset statum Laicalem, & jam vel esset professus in Religione, vel Ordinatus in Sacris.

Corolari loco notare licet, quod Sixtus V. Pontifex Maximus indixit penam ultimi supplicii contra Conjuges, qui procuraverint sententiam Divortii, & separationem Thori, ac habitationis ad effectum liberius vacandi adulteris, ac impudicis, ac luxuriose vivendis, si post dictam sententiam reperti fuerint luxuriosi, ac impudicis vacare: prout etiam si Maritus profuitur propriam uxorem, ac circa illam Lenonis Officium fecisset, ut legitur in ejusdem Sixti V. Constitutione 46. Insuper. Ad compescendam. Diei 30. Odobris 1586. §. 3. & 4. Quae si esset in usu, minores in Deum committerentur offen-

sa, neque tanta cogemur experiri Divinae Justitiae flagella ob impunita tot adulteriorum, atque carnalitatatum piacula.

DECISIO XL.

ARGUMENTUM.

Diseritur de Dispensationibus Matrimonialibus super Impedimentis dirimentibus, tam pro Foro externo, quam pro Foro interno. Circa primas, referuntur duodecim Notabilia, à Vicariis, ac Ministris Episcopalibus omnino scienda, ac observanda pro recta Matrimonialium dispensationum expeditione. Circa secundas, declarantur totidem Clausulae existentes in Litteris Sacrae Penitentiariae, ut ex earum notitia, ac perfecta intelligentia Confessarii, tam Saeculares, quam Regulares, ritè, ac rectè valeant dispensare in Impedimentis occultis, atque Litteris S. Penitentiariae punctualem executionem dare.

SUMMARIUM.

- 1 Dispensationes Matrimoniales alie pro foro externo, alie pro interno.
- 2 Lineae rectae in nullo gradu datur dispensatio.
- 3 Linea in transversali datur dispensatio etiam in secundo, & primo.
- 4 Quinto in gradu existens contrabere potest etiam cum existente in primo transversali gradu.
- 5 Gradus si sint inaequales, ambo sunt Papae exponendi.
- 6 Impedimenta in sua specie, & gradu exponenda.
- 7 Error in expressione gradus quando Dispensationi non nocet.
- 8 Error in specie Impedimenti vitiat Dispensationem.
- 9 Duplicitas Impedimenti est exponenda pro dispensatione.
- 10 Impedimenta plura habens, an super Uno tantum possit petere Dispensationem?
- 11 Copula inter Sponsos habita an exprimenda in Dispensatione?
- 12 Penitentiam à Papa Sponsi impostam Executor mutare non potest.
- 13 Episcopus quando disponet super Impedimentis dirimentibus?
- 14 Executores dispensationum excommunicantur, si munera accipiant.
- 15 S. Penitentiarie Romae quid sit? Et quid possit?
- 16 Litterarum S. Penitentiarie pro dispensandis Impedimentis occultis exemplum.
- 17 Confessarii seire debent Clausulas Litterarum S. Penitentiarie.
- 18 Doctus esse debet Confessarius expediturus Litteras S. Penitentiarie.
- 19 Regulares ex Privilegio exequentes Litteras praedictas qui sint?
- 20 Confessarius non Doctus quando possit illas exequi?
- 21 Confessarius pro istam Litteris exequendis debet esse approbatus ad Confessiones ab Ordinario loci.
- 22 Licentia audiendi Confessiones expirata, eas non exequitur.
- 23 Mulierum Confessiones non audit approbatus ad illas Virorum tantum.
- 24 Confessarius indolus an possit exequi Litteras S. Penitentiarie?
- 25 Veritas Impedimenti dispensandi quomodo per Confessarium indaganda.
- 26 Confessio Latoris Litterarum Sacrae Penitentiarie prius audienda.

- 27 Confessio invalida ipsius Latoris an invalidet dispensationem?
- 28 Penitentia quanta, & qualis eidem Latori injungenda?
- 29 Occultum Impedimentum quodam dicitur?
- 30 Scandalorum timor, ac Incontinentiae, movet S. Penitentiarium ad dispensandum in occultis.
- 31 Certioratio conjugis innocentis de nullitate Matrimonii quomodo per Confessarium facienda?
- 32 Proles quomodo legitimitur à Confessario?
- 33 S. Penitentiarie dispensatio non juvat in foro externo.
- 34 Confessarius an possit certiorare facere Episcopum, vel Parochum, vel Judicem secreti de dispensatione data?
- 35 Litterae S. Penitentiarie lacerandae à Confessario.
- 36 Confessario uno recusante exequi Litteras S. Penitentiarie, an alter adiri poterit?
- 37 Voto Castitatis obstrictus, si dispensatus nubat, an Vitius iterum nubere possit?
- 38 Gratis expeditur Litterae S. Penitentiarie.
- 39 Leander Cardinalis Coloredus laudatus.
- 40 Hieronymi de Bertis Officialis S. Penitentiarie pietas.

Ad complementum materiae de Matrimonio, & harum Decisionum de eodem tractantium, superest, ut aliqua de Dispensationibus Matrimonialibus differamus. Dixi aliqua, quia si omnia, quae ad illas spectant, voluissem exponere, volumen centuplo majus componendum foret, adeo ampla existit tractatio praedicta, ut videre est in ingentibus operibus Pyrrhi Corradi, Vincentii de Justis, & aliorum praecelsissimorum Auctorum, qui de istidem Matrimonialibus Dispensationibus integros tractatus ediderunt. Cum igitur Dispensationes Matrimoniales expendantur Romae vel à Dataria pro foro Fori, vel à Sacra Penitentiarie pro foro Poli; de utriusque haec pauca, scitu digna, imò necessaria, animarum Paucioribus, ac Confessariis proponimus.

Et quidem pro Dispensationibus in foro Fori duodecim sunt notanda. I. Quod in Linea recta usque in infinitum prohibetur est Matrimonium jure naturali, itaut si Adam viveret, nullam feminam posset ducere in uxorem; & idè inter ascendentes, & descendentes in linea recta, in quocumque gradu sint, sive proximo, sive remoto, etiam ultra quartum, & quintum, Dispensatio non datur, ut docent Navarrus in Summa cap. 22. num. 84. Sylvester Verb. Matrimonium. 8. quest. 6. Layman lib. 5. tract. 110. part. 4. capit. 6. esset. 2. & alii innumeri, quos refert Sanchez lib. 7. disp. 51. num. 12. novissimè Vinc. de Justis de Dispensationibus. Matrim. lib. 2. capit. 3. à num. 54. & seqq. ubi num. 58. subdit, quod usque adhuc nunquam auditum est, in aliquo gradu lineae rectae dispensatum fuisse; & tamen satis verisimiliter credi potest, ut pluries, ac ex urgentissimis causis fuerit diversis temporibus petita Dispensatio in hujusmodi Linea recta. II. In Linea autem transversali dantur à Papa Dispensationes, ubi causa justa, ac argens intercedat super secundo, tertio, ac quarto gradu, ac etiam in primo, & secundo simul, ut ostendimus supra in Decif. X X I I. num. 35. & 36. Quando autem unus ex Sponsis est in quinto gradu, quamvis alter sit in quarto, tertio, secundo, ac etiam in primo gradu ejusdem Lineae transversalis, non est opus dispensatione, & sine illa potest contrahi Matrimonium; quia inter existentes in primo, ac quarto gradu nullum est impedimentum; & sufficit, quod unus ex Sponsis sit extra quantum gradum, est alter sit intra, ac supra illum, ut absque dispensatione possint simul intrare conjugium, ut docent Sanch. lib. 7. disp. 53. num. 5. & lib. 8. disp. 24. num. 35. Basilii Pontius lib. 8. cap. 17. §. 5. num. 26. Corradus in Praxi dispensat. Apostolic. lib. 7. cap. 1.

n. 27. Vincentius de Justis d. lib. 2. cap. 3. num. 76. & Nicolius Iosii. Civil. lib. 1. tit. 10. sub num. 78. §. 2. ubi testatur, ficticiam respondisse Sacram Congregationem. III. Si Sponsi distent gradu inaequali à communi stipite, veluti si unus sit in tertio, alter in quarto consanguinitatis gradibus, debet uterque gradus in supplicatione exprimi, ut diximus in d. Decif. XXII. num. 11. quia licet dispensatio detur super gradu remotiori, qui imbibit, & trahit ad se propinquorem; nihilominus quia alter collateralis, qui est propinquior communi stipiti, efficit Dispensationem in eo gradu difficiliorem; idè id totum in eadem supplicatione est Papae exponendum. Barbosa in Votis Decifivis lib. 1. Vol. 3. ubi num. 16. ponit Bullam Urbani VIII. declarantis invalidam dispensationem ob non expresse proximiorum gradum; quod etiam notat Vinc. de Justis lib. 1. cap. 4. à num. 122. & seqq. subdicens, tantò magis expiendum esse etiam propinquiorum gradum, si is esset primus, quia difficillimè Papa dispensat in eo ob singularem indecentiam, quae ex hujusmodi conjugio resultat, nam ut bene advertit Coninch disp. 33. numer. 72. eadem ferè reverentia debetur consanguineo in primo gradu, quae Parentibus ipsis debita est. IV. Ita sunt exprimenda impedimenta in Dispensatione ad contrahendum petenda, ut singulari in propria specie, & gradu, & cum necessariis circumstantiis exponantur; nec unum pro alio, nec certum pro dubio, vel è contra supponatur; quia si unum pro alio, nec in sua specie, & existentia proponatur, non valet Dispensatio. Vinc. de Justis d. lib. 1. c. 4. num. 115. Sanchez lib. 8. disp. 24. n. 17. Basilii Pontius lib. 8. cap. 17. n. 31. Aversa d. q. 19. sed. 5. & alii, quos congerunt, ac sequuntur Salmanticenses de Matrim. tract. 9. cap. 14. n. 44. V. Si in expressione graduum fieret error; tunc si fuisset expressus major pro minore (dummodo sit in eadem specie) valet ista Dispensatio, quia eo ipso, quod Papa dispensat super gradu superiori, virtualiter, & formaliter in illo continetur gradus inferior in eodem ordine, & in eadem specie. Sanchez d. lib. 8. disp. 24. num. 27. Bonacina de Legib. disp. 1. quest. 2. puncti 5. numer. 15. Aversa d. quest. 19. sed. 5. Vers. 5. Basilii Pontius d. lib. 8. cap. 17. §. 5. num. 31. & Vinc. de Justis di. lib. 1. cap. 4. n. 132. subdicens n. 133. quod subreptitia esset Dispensatio, si loco majoris impedimenti expressum esset minus; quod notat etiam Barbosa d. lib. 1. Vol. 4. n. 13. Rota p. 3. Diversi. Decif. 117. num. 2. & Pyrrhus Corradus in Praxi Dispensat. Apost. lib. 7. cap. 5. n. 29. VI. Quando error contingit circa speciem impedimenti, ut si diceretur, Impedimentum esse Consanguinitatis, cum sit Affinitatis; vel è contra, subreptitia pariter est dispensatio, quamvis versus gradus sit expressus; nam Consanguinitas, & Affinitas sunt Impedimenta diversa, & ex diversis non fit illatio. I. Papinianus exul. ff. de Minor. Sanchez d. lib. 8. disp. 24. num. 19. Gutierrez de Matrim. cap. 124. numer. 10. Pyrrhus Corradus d. lib. 7. cap. 5. num. 71. & 72. ac Vinc. de Justis di. lib. 1. cap. 4. num. 140. VII. Si impedimentum, super quo petitur Dispensatio ex duplici causa proveniat, puta quia Sponsi sint consanguinei tam respectu Patris, quam respectu Matris; vel inter eos sit duplex Affinitas, puta quia Sponsus cum duabus fororibus Sponsae copulam carnalem habuit; sive duplex cognatio spiritalis intercedat, quia Sponsus levavit unum filium è Fonte, alterum in Confirmatione ab ipsa Sponsa natus; haec duplicitas impediment est exponenda Papae; aliàs invalida erit Dispensatio. Sanchez d. lib. 8. disp. 24. n. 5. Aversa di. disp. 19. sed. 5. & Salmanticenses, qui alios plures allegant d. cap. 14. numer. 51. VIII. Disputant D. D. si quis habeat plura impedimenta, puta Consanguinitatis, Affinitatis, ac Voti Castitatis, Utrum possit separatim petere Dispensationem prius super uno, absque mentione

tionem aliorum; deinde super altero, tacitis aliis? Alii affirmant, alii negant, & eos referunt Salmanticenses d. cap. 14. num. 52. & 53. sed magis probabilis est opinio negativa, ea ratione, quia exprimentum sunt Papae illa omnia, ex quibus redditur difficilior dispensatio. At nemo inficiabitur, quod Papae magis difficiliter dispensabit cum Sponsis habentibus tria impedimenta, quam unum solum. Sanchez d. lib. 8. disp. 23. n. 2. Basilus Pontius d. lib. 8. cap. 17. §. 4. Suarez libr. 6. de Legib. cap. 24. numer. 2. iidem Salmanticenses d. cap. 14. num. 53. & 54. ubi limitant, quando ex his impedimentis aliqua essent occulta, & ex manifestatione sequeretur infamia; nam tunc super publico posset peti Dispensatio, tacitis aliis, pro quibus liceret recurrere ad Sacram Penitentiarum pro dispensatione in foro Poli, quod approbat etiam Averla d. quest. 19. sect. 5. IX. Si inter Sponsos habentes impedimentum dirimens Confanguinitatis, vel Affinitatis, habita fuerit copula carnalis. Utrum sit exprimentum Papae sub pena subrepticis dispensationis? Magna est altercatio DD. quos referunt Salmanticenses d. tract. 9. cap. 14. n. 39. & 40. afferentes utramque opinionem esse probabilem; sed negativam prevalere, quam etiam amplectitur Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 4. numer. 250. & segg. ubi appellat hanc Questionem magnam, & difficillem; at num. 259. limitat, quando in Bulla dispensationis esset clausula *Dummodo copula non intercesserit*; quam tamen hodie non inferi in Bullis dispensationum Matrimonialium dicit nu. 363. & testatur Pyrrhus Corradus d. lib. 8. cap. 2. n. 20. invehens contra Vicarios Executores earumdem dispensationum, qui interrogant Oratores, an simul haberint copulam, cum id non habeant in mandatis. Verum tamen est, quod circa hanc Questionem supponunt DD. dispensationem peti, & obtineri ex aliqua alia rationabili causa, nempe propter angustiam loci, vel defectum Dotis Oratrici, seu sedationem inimicitiarum, aut extinctionem litium, honoris Oratricis reparationem, scandalorum evitacionem, meritorum remuneracionem, etatis ipsius Sponsae, ac alias similes causas; quibus attentis, ac earum aliqua, non est opus exprimere copulam, quam forsam Sponsi confanguinei inter se habuissent, ut post longam disputacionem concludit ipse Vinc. de Justis in fine d. cap. 4. sub n. 364. Porro quando confanguinei, vel affines habuerint simul copulam ob spem facillioris Dispensationis obtinenda haec est Papae omnino exprimentum, ut diximus supra Decif. XXII. numer. 40. *Verf. Quind. X. Incestuosus*, si ad obtinendam dispensationem in forma pauperum, imposita sit per Papam penitentia ad laborandum in fabrica, seu servitio alicuius Ecclesiae per sex, vel octo menses, aut aliquid praescriptum tempus; & hi dictam penitentiam vel ob paupertatem, vel ob infirmitatem adimplere non valent; Episcopus, seu Executor illam mutare, vel restringere non potest: sed opus est reclibrare ad Datariam, & ab ea impetrare moderacionem, seu commutationem. Nicolius d. lib. 1. *Instit. Civil. tit. 10. num. 78. §. 8. XI.* Utrum Episcopus possit dispensare in aliquo impedimento dirimente tam pro Matrimonio contrahendo, quam pro Matrimonio bona fide nulliter iam contracto, quando imminet aliquod magnum scandalum, vel ob paupertatem conjugum non est facilis aditus ad Papam? Disputant pro utraque parte DD. quos allegat Diana Coordinatus tom. 3. tract. 2. ref. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. ubi ad satisfactam differit. XII. Tandem est advertendum, quod Ordinariam Vicarii incurrit excommunicationem Papae reservatam, si occasione expediendarum Dispensationum Matrimonialium accipiant aliquid munus, aut pecuniam etiam sponte oblatam a partibus: id enim in fine diplomatibus Pontifici solet eis expressè prohiberi, sub eadem pena Excommunicationis ipso facto

incurrenda, non obstante quacunque taxa, vel consuetudine etiam immemorabili, nec ratione sigilli, nec alterius cuiuscumque rei, ut notat Nicolius in *Lacubrat. Canon. lib. 5. tit. 39. num. 203. §. 7.* subdens quod Notarius pro examine testium quartam partem Ducati auri tantummodo recipere potest, ut declaravit Sacra Congregatio, quam refert etiam Diana Coordinatus tom. 5. tract. 7. ref. 46. de sumpta ex veteri part. 5. tract. 13. ref. 71. in qua leguntur multae querelae Romae delatae contra ministros Episcoporum non servantes taxam Pontificiam in actibus, quos expedit in suis Cancellariis. Et haec quo ad dispensationes Matrimoniales pro foro Fori sufficient.

Elargiuntur autem Matrimoniales Dispensationes etiam à Sacra Penitentiarum Urbis Romae, quando impedimenta sunt occulta, pro foro tamen conscientiae, & interno tantum. Quid sit ipsa Sacra Penitentiarum? & quam facultatem habeat? retuli in meis Decisionibus de Virtute, ac Sacramento Penitentiae Decif. XLVIII. ubi a. n. 10. & segg. ostendit ex Constitutione novissima Innocentii Papae XII. Incipiens *Romanus Pontifex* data, Anno 1692. Tertiò Nonas Septembris, quid possit Summus Penitentiarum circa Dispensationem Impedimentorum Matrimonii tam impedimentum tantum, quam dirimentium, quando sunt occulta, ut in foro interno Matrimonia valide fieri, vel antea nulliter facta possint revalidari. Ceterum quia frequenter evenit, ut Confessariis praesententur Litterae ejusdem Sacrae Penitentiarum, dantes illis facultatem dispensandi super aliquo Impedimento occulto, placet hic ponere exemplum earumdem Litterarum desumptum à Marco Paulo Leone in *Praxi Sacrae Penit. part. 2. pag. 170.* & 171. tenoris sequentis:

Discreto Viro Confessori Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctore ex approbato ab Ordinario. Ex parte Latoris praesentium nobis oblata petitio continebat, Quod ipse alias in facie Ecclesiae Matrimonium contraxit, & successivè consummavit cum muliere, cujus sororem prius carnaliter cognoverat. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dictus Lator propter Impedimentum ex praemissis proveniens nequeat in dicto Matrimonio permanere absque Sedis Apostolicae Dispensatione; & Separatio inter ipsum, & mulierem praedictam fieri non possit absque scandalo, & ad id vitandum, ac pro sua conscientiae quiete cupiat Lator à praemissis, quae occulta sunt, & de quibus plurimum dolet, per Sacrae Penitentiarum Officium absolvi, secumque desuper dispensari. Quare supplicat fecit Nobis humiliter, ut sibi super his de opportuno remedio providere dignemur. Nos igitur, qui Penitentiarum Domini Papae curam gerimus, supplicationibus huiusmodi inclinatis, Auctoritate Apostolica Nobis specialiter concessa Discretionis tuae committimus; Quatenus si est ita, dictum Latorem, nulla prius ejus Sacramentali Confessione, à quibusvis sententis, censuris, & penis Ecclesiasticis, quas propter praemissa quomodolibet incurrerit, incestu, & excessibus huiusmodi absolutus hac vice in forma Ecclesiae consueta: Injuncta inde et pro tam enormis libidinis excessu, gravi penitentia salutari, ac Sacramentali Confessione peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, ut minimum semel, & quoties animae suae salutem expedire judicaveris; & alius, quae fuerint de iure injungenda. Demum dummodo Impedimentum ex praemissis proveniens sit occultum, & Separatio inter Latorem, & dictam mulierem fieri non possit absque scandalo; ex cohabitacione verò, de incontinentia probabiliter timendum esse, tibi visum fuerit, aliudque Canonicum Impedimentum non obset cum eodem Latore, ut dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita cautè, ut Latoris delictum nusquam detegatur, Matrimonium cum eadem, & uterque inter se de novo, secretè ad vitanda scan-

dala, praemissis non obstantibus, contrahere, & in eo postmodum remanere licitè valeant, inferiori ordine dispensent: Prolem suscipiant, si qua sit, & suscipiendam exinde, legitimam deinceps in foro conscientiae, & in actu Sacramentali Confessionis tantum, & non aliter; ita quod huiusmodi absolutio, & dispensatio in foro iudiciali nullatenus suffragetur, nullis super his adhibitis testibus, aut litteris datis, seu processibus confessionis; sed praesentibus laniatis, quos sub pena excommunicationis late sententia laniare teneatis, ita ut nullum eorum exemplum extet, neque eas Latoris restituas; quod si restitueris, nihil ipsi praesentis Litterae suffragetur. Datum Romae apud S. Petrum, sub Sigillo Officii Penitentiarum die 29. Anno 69.

Circa has litteras, quibus Confessario impertitur facultas dispensandi super aliquo Impedimento, vel impediente tantum; vel etiam dirimente Matrimonio, dummodo impedimentum sit occultum, ita ut dispensatio valeat pro foro interno, & conscientiae tantum, opus est explicare clausulas, quae in iisdem litteris inseruntur, ad hoc ut Confessarii, quibus non raro pro executione praesentantur, sciant, quomodo sint intelligendae; ne in materia tam gravi, in qua deo, seu validando Matrimonio ritè, ac rectè incurratur agitur de Sacramento Matrimonii ritè, ac rectè incurratur purganda, ac sananda, eos per infirmitatem contingant nulliter, vel peccaminose operari. Duodecim autem sunt praecipuae Clausulae, quae egent explicatione.

Prima Clausula est ista: *Discreto Viro Confessori, Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctore ex approbato ab Ordinario.* Haec verba denotant duas qualitates Sacrae Penitentiarum ad executionem demandanda. Una est, quod sit Doctor vel in Sacra Theologia, vel in iure Canonico; Altera quod sit ab Ordinario ad audiendas Confessiones approbatus. Quo ad primam, debet esse Doctor, & non habens praerogativam Doctoratus inhabilis est ad has litteras exequendas, etiam si Juris Caesarei Lauream obtinisset, vel publicè doceret Theologiam, ac Sacros Canones, aut communiter crederetur esse Doctor. Sanchez de *Matrim. lib. 8. disp. 34. num. 7.* Basilus Pontius lib. 8. cap. 21. §. 1. num. 13. Thomas Tamburinus de *Triplici Jure lib. 8. tract. 2. cap. 13. num. 5.* Diana Coordinatus tom. 3. tract. 2. cap. 137. defuncta ex veteri part. 4. tract. 4. ref. 71. & Vincent. de Justis de *Dispensat. Matrim. lib. 1. cap. 8. num. 98.* & segg. ubi subdit, quod Regulares, qui iuxta suorum Ordinum instituta Magistri appellantur, & Magistrorum Privilegiis fruuntur, si verè, & effectivè Doctorum Lauream in aliqua publica Academia non sint assequuti, has litteras aperire, & exequi non valent, quod docet etiam Lezana in *Summa tom. 4. Verb. Litterae Apostolicae n. 14.* Limitatur tamen haec qualitas Doctoratus in duobus casibus. Primus est, in Religiosis, qui ex Privilegio Apostolico deputantur à suo Generali, vel aliis subalternis suis Superioribus ad Litteras Sacrae Penitentiarum aperendas, & exequendas; & tales sunt Sacerdotes Confessarii Societatis Jesu ex Privilegio Gregorii XIII. ut testatur Pyrrhus Corradus in *Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 4. num. 70.* & Thomas Tamburinus d. lib. 8. tract. 2. cap. 13. num. 6. addens, quod sunt plures aliorum Ordinum Regulares huiusmodi Privilegio gaudentes; ut ait etiam Sanchez d. lib. 8. disp. 34. num. 11. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 103. & Lezana ubi supra, qui n. 15. ponit per extensum Privilegium praedictum Gregorii XIII. sed opinatur illud non posse extendi ad alias Religiones per viam communicationis; quamvis contrarium doceat Pellizarius in *Manuali Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 3. num. 189.* & num. 193.

Porro quando Sacra Penitentiarum in mansione, seu inscriptione exteriori Litterarum scribit, *Discreto Viro Confessori ex approbato ab Ordinario*; & non ponit *De Sacram. Matrim.*

qualitatem illam Doctoratus, vel Magisterii, tunc quilibet Confessarius approbatus ab Episcopo tam Saecularis, quam Regularis, potest aperire eadem Litteras, ac eis executionem dare, si sibi praesententur, ut diximus de *Sacram. Penit. d. Decif. XLVIII. num. 13.* & segg. ubi num. 17. notavimus ex *Thesoro de Penit. Eccles. part. 2. Verb. Absolutio cap. 2. Verf. Limita* quod aliquando Summus Penitentiarum dirigit praedictas Litteras etiam simpliciter Sacerdoti non approbato per Ordinarium ad Confessiones audiendas, quia ipse tunc eum approbat, ut Latoris earumdem Litterarum Confessionem Sacramentalem possit audire, illum absolvere, & secum super Impedimento Matrimonii in iisdem Litteris exposito dispensare.

Alterà verò qualitas ejusdem Confessarii, iuxta solitum Stylum Sacrae Penitentiarum, est, ut possit Litteras aperire, & executioni demandare, eum, ut sit approbatus ab Ordinario ad confessiones audiendas, iuxta illa Verba, *Confessario ex approbato ab Ordinario.* Circa hanc approbationem quatuor inveniunt dubia, 1. A quo Ordinario debeat esse approbatus? Et omnes DD. dicunt, approbatum esse debere ab Ordinario loci, in quo debet audire Confessionem Latoris Litterarum; & cum eo dispensare, idè non sufficeret, si à quocumque alio Ordinario fuisset ad Confessiones audiendas approbatus. Tamburinus d. cap. 13. num. 4. Et ratio est manifesta, tum quia sic pluries declaravit Sacra Congregatio, ut scripsimus de *Sacram. Penit. Decif. XXXVII. num. 20.* tum quia ita desinitum est à Clemente Papa X. in sua Constitutione Incipiens *Superna* etc. diei 20. Maji 1670. in qua §. 4. decernit, ut approbatus ad Confessiones audiendas in una Diocesi non censetur approbatus ad eandem audiendas in alia, nisi ab Episcopo Diocesano iterum approbatur; & per hanc Clementinam proscriptae sunt opiniones contrariae Moralistarum. 2. Dubitatur, an qui fuit ab Ordinario approbatus ad tempus limitatum, possit expirata approbatione Litteras Sacrae Penitentiarum aperire, ac exequi? Et respondetur, quod non; quia non censetur amplius approbatus post expiratam tempus approbationis. Eminent. Card. de Lauze de *Sacram. Penit. disp. 20. num. 179.* Sacra Congregatio Concilii in una *Patrona* 7. Januarii 1654. quam refert Nicolius *Lacubrat. Canon. lib. 5. tit. 38. num. 9.* & fuit à me probatum de *Sacram. Penit. Decif. XXXVII. num. 18.* 3. Dubitant DD. an Confessarius approbatus ab Ordinario ad audiendas Confessiones Virorum tantum, possit exequi Litteras S. Penitentiarum datas alicui Mulieri, & per ipsam eisdem Confessario praesentatas? Affirmat Sanchez d. lib. 8. disp. 34. num. 16. quem citat Tamburinus d. lib. 8. tract. 2. cap. 13. §. 1. num. 4. Negat Suarez tom. 4. de *Penit. disp. 27. Sect. 7. num. 3.* & alii quos citat, & sequitur Diana part. 8. tract. 3. ref. 103. reposita in ejus Opere Coordinato tom. 3. tract. 2. ref. 154. §. 5. ea ratione, quia non approbatus pro audiendis Confessionibus mulierum non potest dici approbatus quo ad illas, & Major Penitentiarum non intendit habitare ipsum Confessarium magis, quam fecerit Ordinarius; & ita tenet etiam Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. n. 117. 4. Querunt DD. an Confessarius rudis, ignorans, ac indoctus, sed ab Ordinario (seu ab ejus Officialibus negligentibus in examinando) approbatus possit has Litteras aperire, & eas exequi? Respondent affirmativè Trullench tom. 3. lib. 7. cap. 10. dub. 10. num. 2. & Vinc. de Justis d. cap. 8. num. 118. quia S. Penitentiarum supponit, Ordinarium esse attentum in approbandis Confessariis; & non requirit, nisi quod Confessarius sit actualiter approbatus. De indoctis autem Episcopis Deo rationem reddet.

Secunda Clausula earumdem Litterarum, post narratam Impedimenti, quod Orator detinetur, consistit in illis Verbis: *Si est ita &c.* per quae verba obligatur Confessarius se informare de veritate narrationum in Litteris, & an tale sit Impedimentum, quale

expositum fuit Summo Penitentiario, & hæc indagatio est de forma, qua omiffa nulla foret dispensatio. Tamburinus. cap. 13. §. 2. num. 1. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 127. & 128. & ibi Lexana d. tom. 4. Verb. Litteræ Apostolicæ n. 23. Valerius de Dispensatione. Utriusque Fori. Verba. Gratia. Diffic. 3. ac alii quos citat, & sequitur Diana Coordinatus d. tom. 3. trañ. 2. resol. 161. existente in inordinato part. 8. trañ. 3. resol. 108. qui omnes docent, non esse vocandos testes, neque formandum processum; sed ex ore ipsius Oratoris, ac penitentis esse indagandam veritatem & observandum à Confessario, an res ita se habeat, prout in Litteris est enarrata? adeo ut neque opus sit dare eidem Oratori juramentum, quamvis contrarium scribat Basilius Pontius lib. 8. cap. 21. num. 16. imò nec opus est alia indagacione veritatis, si de illa aliunde Confessarius sit informatus. Sanchez d. lib. 8. disp. 34. num. 24. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 134. ubi alii DD. idem docentes. Sed quid Juris, si Orator asserat rem ita se habere; Confessarius autem aliunde sciat, hæc assercionem esse falsam? Respondet Sanchez d. disp. 34. num. 21. & Tamburinus d. cap. 13. §. 2. num. 3. quod debent Oratores dimittere, quia non potest Litteras exequi, neque cum eo dispensare, nam ceterus S. Penitentiaria dat ei facultatem dispensandi, quatenus res sit ita, ut ei fuit expositum. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 129. Diana Coordinatus d. resol. 161. ubi alios DD. cumulat.

Tertia Clausula fit in illis verbis: *Dixit Lator, quod auditus prius ejus Sacramentali Confessione; & quibusvis sententiis, censuris &c. absolutus.* Quæ verba obligant Confessionem Sacramentalem Latoris ejusdem Litterarum, quia, etsi dispensatio super Impedimento fieri possit extra Sacramentalem confessionem, & sine illa, tamen Stylus modernus S. Penitentiariæ habet, ut prius Orator faciat suam Confessionem Sacramentalem coram Confessario Executor Litterarum; quæ quidem est de forma, ita ut ea omiffa, invalida esset dispensatio. Pyrus Corradus in Praxi Dispens. Apost. lib. 8. cap. 10. num. 30. Barbosa in Veris Consultoribus lib. 1. Vol. 15. num. 22. Riccius in Praxi resol. 22. num. 3. & alii citatis Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. à num. 105. & segg. Sed quid Juris, si Lator Litterarum faceret Confessionem invalidam, vel ob defectum integritatis, vel attritionis, aut alterius causæ, dispensatio esset ne valida? Affirmative respondent DD. quos allegat Diana d. part. 8. trañ. 3. resol. 106. collocata in Coordinato tom. 3. trañ. 2. resol. 159. quia Confessarius, qui est Judex, functus est officio suo juxta præscriptum Litterarum. Escobar tamen in Theolog. Mor. lib. 1. Exam. 16. cap. 4. num. 124. excipit, Casu quo integritas Confessionis deesset in re, ob quam petitur dispensatio; quod est dicere, si falsum Orator narraret, & læderet antecedentem Clausulam *Sicita est &c.*

Quarta Clausula habetur in illis verbis: *Injuncta ei gravi penitentia salutari, ac Sacramentali Confessione peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, ut minimum semel, & quoties animo suo saluti expedire judicaverit, & alii que fuerint de jure injungenda.* Circa hanc Clausulam DD. sex dicunt Unum, quod quantitas, & qualitas Penitentiarum injungendarum, Latori penitenti pendet ab arbitrio Confessarii, qui tamen debet operari secundum regulas prudentiæ, ne sit nimis levis, aut nimis rigidus. Sanch. d. lib. 8. disp. 34. à n. 35. & segg. Basilius Pontius d. lib. 8. cap. 21. §. 1. n. 18. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 143. Alterum, quod opera injungenda penitenti, ul plurimum sunt jejunia, elemosynæ, disciplina, recitatio Rosarii, Litaniarum, vel Coronæ, auditio Sacri, & similia, habito respectu ad penitentis conditionem. Sanchez d. disp. 34. n. 41. Vinc. de Justis d. cap. 8. num. 133. Tertium,

quod Confessarius non debet imponere Confessionem frequentiore, quam mensuram. Sanchez, Pontius, ac Vinc. de Justis ubi supra; addentes, quod bene poterit imponere bimestrem, aut trimestrem tantum, prout melius ipse Confessarius viderit expedire. Quartum, quod Penitens potest adimplere mensuram Confessionem quacunque die Mensis, ita ut si constitatur, E. G. prima die Maji, satisfaciatur; si deinde Confessionem repetat ultima die Junii. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 146. & 147. subdens num. 148. quod si penitens omittat in mense Confessionem mensuram, non tenetur eam duplicare in mense venturo, sed de hac omissione, quæ peccaminosa est, se accusare. Quintum, quod Confessarius non debet imponere illa opera, ad quæ penitens ex alia causa, seu ex Voto obligatus est, sed opera nova, & ab illis distincta. Sanchez d. lib. 8. disp. 34. num. 39. Basilius Pontius d. lib. 8. cap. 21. §. 1. n. 18. Trullench d. tom. 3. lib. 7. cap. 10. dub. 10. num. 8. Et Sextum, quod omnia opera penitentialia injungenda à Confessario debent esse ad tempus limitata, non autem in perpetuum; nisi expressè, esse ea perpetua debere, Litteræ dicent, qui in penalis benignior interpretatio est facienda. cap. Oria. De Regul. Jur. in 6. Vincen. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 158.

Quinta Clausula consistit in illis verbis: *Demum dummodò Impedimentum ex præmissis proveniens sit occultum.* Ad cognoscendum, quando Impedimentum dicatur occultum, DD. infra citandi dant sequentes regulas. 1. Quod illud dicitur occultum, quod non est publicum, nec famosum, nec manifestum, nec notorium; etsi per duos, aut tres testes possit probari. 2. Quod non est occultum, si cognitum sit à majori parte Viciniæ, vel Parochiæ, ita ut saltem decem personæ illud sciant. 3. Quando Impedimentum deducunt est ad forum contentiosum; & super eo pars est citata, non potest amplius dici occultum. 4. Si Reus ierit à Judice absolutus, quamvis se defendisset per falsos testes, sive per sententiam distinctivam, sive pro nunc, delictum, seu Impedimentum dicitur occultum. 5. Occultum dicitur, si nesciatur in loco, in quo expedienda est dispensatio, quamvis in alia distant regione sit publicum, & cesset periculum, ut inde notitia reperitur. 6. Si delictum, seu Impedimentum est verum, deductum ad iudicium non potuit probari, censetur occultum. 7. E contra si probatum sit, & sententia lata, omnino dicitur notorium, & publicum. 8. Quando in Litteris Pontificiis dicitur, dummodò delictum, seu Impedimentum sit omnino occultum; tunc si duo sint, qui illud sciant, non est occultum, nam ly omnino explicatur totaliter, ac indistinctè. 9. Quando pauci sunt, qui de Impedimento notitiam habeant, vel à multo tempore cessavit ejus memoria, potest ex arbitrio Confessarii iudicari occultum, quia in his casibus intrant prudentis arbitrium: ut latè differunt Thomas Tamburinus lib. 9. in Decalog. cap. 3. §. 2. n. 10. Et de Matrimonio lib. 8. trañ. 1. cap. 5. à num. 25. & segg. Sanchez eod. trañ. lib. 8. disp. 34. num. 55. & idem Auctor in Decal. lib. 2. cap. 11. n. 20. Theasurus de Penit. Eccl. part. 1. cap. 21. Vers. Advertendum tertio. Diana Coordinatus d. tom. 3. trañ. 3. resol. 19. resol. 20. & resol. 21. ubi plurimos DD. cumulat. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. à num. 167. & segg. Novissimè Fagnanus in cap. Verba, à numero. 106. De Cobabit. Cleric. & Mulier tom. 4. quos omnes Auctores, quatenus opus sit, Confessarii in exequendis Litteris Sacre Penitentiariæ poterunt videre.

Sexta Clausula fit in illis verbis: *Et separatio inter Latorem, & dictam Mulierem fieri non possit absque scandalo; ex cohabitacione vero de incontinentia probabiliter timendum esse, tibi visum fuerit.* Ex quibus dux

innuntur cause impulsivæ ad dispensandum super Impedimento, quo Penitens est affectus, scilicet timor scandalosi, seu incontinentiæ nisi dispensatio largiatur. Igitur, quando Confessarius ex circumstantiis loci, temporis, ac ipsorum Sponsorum, seu Conjugum timet, oriunda esse scandalosa, vel eosdem incontinentes evasuros, potest, & debet cum illis dispensare, ut Matrimonialiter simul vivant. Vinc. de Justis lib. 3. cap. 17. à num. 15. & segg. ubi exemplificando declarat, quæ sint ista scandala; & docet, ea esse tum periculum fornicationis, in quam labantur conjuges, si cum ipsis non dispensentur, & simul vivant; tum murmuraciones hominum aliorum, qui viderent eos ab invicem separati, cum jam per longum tempus tamquam veri conjuges habiti sint ab omnibus; tum etiam infamiam, quam incurreret Orator, si ejus occultum delictum, seu impedimentum manifestaretur; ideoque concludit ob hæc, & similia impediendam esse dispensationem: Ecclesiæ enim magnopere satagunt evitare scandala, & ne scandala sequantur, recedendum est à regulis Juris. cap. Duo puri. 12. De Dispens. Impuber. Felinus in cap. 1. §. Nihil. De Rescript. ubi enumerat triginta tres casus inductos contra Juris regulas, scandali, vitandi causa, quos summam repetit ipse Vinc. de Justis d. lib. 3. cap. 17. num. 34. qui num. 35. addit alios casus tresdecim, ibi à Studio videndos.

Septima Clausula continetur in illis verbis: *Cum eodem Latore (dispenses), ut dicta muliere de nullitate prioris consensu certiorata, sed ita cautè ut Latoris delictum nusquam detegatur, Matrimonium cum eadem, & uterque inter se de novo, secretè &c. contrahere valeant.* Hic labor, hic angustia Confessarii. Quomodo potest certiorare alium conjugem innocentem de nullitate prioris consensu, quando contraxit Matrimonium cum altero conjugè, habente impedimentum dirimens ex delicto, puta ex fornicacione habita cum sorore ipsius Sponsæ, vel si Sponsa deliquit, cum fratre ipsius Mariti; & tale delictum non manifestet? Ego certè non femel dudavi, & alii in expediendis Litteris Sacre Penitentiariæ, ac revalidando Matrimonio nullo, eò quia ante contractum vel mulier habebat carnalem copulam cum fratre Viri, vel Vir cognoverat carnaliter Sororem ejusdem mulieris. Plures sunt DD. qui opinantur, hanc Clausulam, de certiorando conjugè innocente de nullitate primi consensu, esse simplicem instructionem, non autem necessariam conditionem; quia, ut plurimum, Conjug ignarus certior fieri non potest, absque alterius conjugis periculo. Reginaldus lib. 11. num. 220. Bonacina de Matrim. quest. 2. quæst. 9. num. 7. Aversa eod. trañ. quest. 11. §. 4. Vers. Denum juxta hoc. Sanchez d. lib. 8. disp. 34. num. 61. & Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 181. & segg. ubi redarguit Gutierrezum de Matrim. cap. 128. num. 22. dicentem, prædictam certioracionem esse conditionem necessariam; quod non est asserendum, quia ex ea gravia scandala, & forsitan vitæ periculum eidem mulieri, potest imminere; nec non Viro infamia, & aliis consanguineis ipsius mulieris. Opus est igitur magna prudentia; & sanas reddere conjuges, generali sermone, si forsitan Matrimonium ex aliqua causa fuisset invalidum, an sint parati illud per novum consensum validum reddere? curque responderint, se esse paratos, subdere debet Confessarius: Supponatis itaque illud nulliter contractum fuisse ab initio, nunc novum consensum adinvicem exhibete. Contentus es tu Vir accipere hanc mulierem in Uxorem? Affirmative Vir respondet. Deinde: Contenta es mulier accipere Virum hunc in Maritum tuum? Utique dicit illa. Tunc Confessarius, eos benedicendo dimittit, dicens: Vivite feliciter veri conjuges, & state in pace.

Octava Clausula illa est: *Prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam accernendo in foro conscientie, & in actu Sacramentali Confessionis de Sacram. Matrim.*

tantum. Facilis est executio hujus Clausulæ, quia completa revalidacione Matrimonii, per novum consensum Conjugum, Confessarius secretè, & Latore Litterarum coram se genuflexo in actu Sacramentali Confessionis constituto, brevi sermone subdit, & Proles tua sit legitima, quamvis talis etiam esse censetur, attenda bona fide unius ex conjugibus, ex doctrina Sanchezii d. lib. 8. disp. 34. num. 46. & Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 165. Ubi tamen ambo conjuges fuissent ab initio concilii impedimenti dirimentis, per quod eorum Matrimonium fuit nullum, proles nata esset illegitima, & hæc legitimitas valeret tantummodo occulto remanente impedimento; sed eo notorio effecto, etiam filii evaderent in foro externo illegitimi. Rota part. 1. dices. Decis. 606. n. 2. Nona Clausula veritatem circa illa Verba: *Ita quod hujusmodi absolutio, & dispensatio in foro judicario nullatenus suffragetur &c.* siquidem Summus Penitentiarius non se ingerit in delictis ad forum contentiosum deductis, nec intendit impedire Judices, ne reos debitis poenis castiget; sed tantummodo mandat eos absolveri in foro interno quo ad culpam, & penas Censurarum coram Deo, ut notat Leo in Praxi Penitentiariæ. part. 1. pag. 8. & Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 205. Sed ecce duas instantias. Una est, Confessarius dispensavit vigore harum Litterarum S. Penitentiariæ cum eorum Latore super Impedimento occulto impediante, & dirimente, ad effectum, ut possit adimplere Sponsalia, atque Matrimonium contrahere. Episcopus, ac Parochus, qui secretam notitiam habuerunt de eodem Impedimento, nolunt dare licentiam, ut hoc conjugium ineat, Parochusque omnino negat suam assentiam. Poterint Confessarius certiorare facere tum Episcopum, tum Parochum de dispensacione super eodem impedimento data vigore eorumdem Litterarum? Altera est: agitur de Matrimonio nulliter contracto ob impedimentum dirimens Affinitatis ex copula illicita, cum sorore Sponsæ antea perpetrata. Judex habuit talem quantum notitiam hujus delicti. Procurat per examen testium illud probare, ut puniat delinquentes. Poterint Confessarius eundem Judicem monere de dispensacione, ut supra, largita, ad hoc ut desistat ab inquisitione, & formatione Processus? Affirmative respondent ad utramque instantiam Filliuchus de Matrim. trañ. 10. part. 2. cap. 10. num. 358. & Thomas Tamburinus eod. trañ. lib. 8. trañ. 2. cap. 13. §. 6. num. 2. dummodò Confessarius secretè moneat Episcopum, Parochum, & Judicem; qui omnes acquirere debebant hujusmodi notitiæ, ac certificationi.

Decima Clausula hæc verba habet: *Præsentibus Litteris laniatis, quas sub pena Excommunicationis lata sententiæ laniare tenentis, ita ut nullum earum exemplum extet, neque eas Latori restituas, quod si restitueris, nihil ipsi presentes Litteræ suffragentur.* Ex hac Clausula tria colligunt. Unum, quod si Confessarius non laceraverit Litteras, earum executione completa, incurret in penam excommunicationis, 35 quando hæc est inserta in hisdem Litteris, aliquando enim non inseritur, ut ego pluries easdem recipiendo, ac exequendo observavi; forsitan quia cum in illis non exprimentur nomina Oratorum, etiam non lacerata ad nihil valent. Secundum, quod si de facto adeo fatuus, aut negligens sit Confessarius, ut easdem Litteras sinit ab Oratore sibi auferri, nihil juvabunt ipsum Latorem quo ad absolutiorem, & dispensationem obtentam. Sanchez d. lib. 8. disp. 34. n. 42. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. n. 156. Tertium, quod nihil hilominus in foro conscientie, ac interno ipsa dispensatio est valida. Sanchez d. lib. 8. n. 42. & Thomas Tamburinus d. cap. 13. §. 7. in fine. Sed ecce pulchrum Dubium. Confessarius receptis Litteris S. Penitentiariæ à Latore, eisque lectis, ac consideratis judicat, non esse locum petere per eundem Latorem dispensationi; eademque dicit non posse illum

illum dispensare. Lator subjungit: Vestra Reverentia aut nimis rigida, aut nimis scrupulosa est; siquidem Viri doctissimi, quos consului, affirmant casum meum esse dispensabilem. Dignetur restituere mihi Litteras, ut eas alteri Confessario exhibere valeam. Eruntne restituendæ Litteræ ipsæ? Poterintne Lator eas sibi restitutas alii Confessario benigniori præsentare, & ab eo petitam Dispensationem obtinere? Respondent affirmativè Sanchez d. lib. 8. disp. 27. num. 40. Bonacina de Dispensat. disp. 1. quest. 2. punct. 2. n. 2. Lezana in Summatom. 4. de Verb. Litteræ Apostolica num. 19. & alliscitatis Thomas Tamburin. d. præd. 2. de Matrimon. cap. 13. §. 1. num. 8. & 9. ubi reddit rationem, quod Litteræ prædictæ per aperitionem factam à Confessario non perderent suum valorem; & cum agatur de negotio fori interni, si unus Executor negat illdem Litteris executionem dare, adiri potest alius executor aut doctor, aut benignior, aut minus scrupulosus; imò primus Confessarius, melius examinata causa, si mutet opinionem, potest eundem Latorem vocare, iterum Litteras ab eo recipere, ac illas exequi; subdens etiam idem Tamburinus ibid. num. 13. quod si Confessarius moreretur, antequam cum eodem Latore dispensaret, potest iste Litteras recuperare, & alii Confessario pro executione deferre.

Undecima Clausula est illa, quæ ubi agitur de dispensando super Voto simplicis Castitatis, ad effectum ut Orator possit Uxorem legitimè ducere, inseritur in Litteris Sacræ Pœnitentiariæ his verbis: Ita quod si Uxori, cui conjugetur (Lator) supervixerit, Castitatem servet, ut potest eodem Voto obligatus, ut prius. Ex qua Clausula deducunt DD. teneri Confessarium monitum facere in dispensatione Latorem ipsum; quod si præmoriatur Uxor, cum qua nunc initurus est conju-

gium, non poterit ad secundas Nuptias transire absque nova Apostolica dispensatione, quia hæc concessa super primo Matrimonio non trahitur ad secundum. cap. fin. 33. quest. 2. Vinc. de Justis d. lib. 1. cap. 8. num. 187. Duodecima, & ultima Clausula, formatur ex illis verbis, quæ à tergo Litterarum Sacræ Pœnitentiariæ apponuntur, nempe: *Gratis ubique*: quæ Verba denotant pro hujusmodi Commissionum concessione, ac executione nihil peti, aut exigi posse nec à Majori Pœnitentiario, nec ab Officialibus, & Ministris ejus Sacri Prætorii, nec ab ipso Confessario, qui in hoc debet esse fidelis, & ab omni interesse penitus alienus; adeo ut nihil accipiat à Latoribus, neque sponte oblatum, neque in signum gratitudinis, ut scribit Navarrus lib. 4. Conflior. tit. De Sponsal. conf. 50. num. 3. Sanchez d. lib. 8. disp. 34. num. 64. & ipse Vinc. de Justis in cit. lib. 1. cap. 8. num. 190. siquidem ejus unicum motivum debet esse salus animarum, ad DEI Gloriam; quale motivum ego intimè cognovi, & millies veneratus sum in Eminentissimo S. R. E. Leandro Cardinali Coloredo moderno Majori Pœnitentiario, & in Reverendissimo Hieronymo de Bertis ejusdem Sacri Prætorii Officiali, de quo mentionem feci in meis Decisionibus de Sacramento Pœnitentiæ Decif. XLVIII. num. 8. Etenim sæpè EMINENTIÆ SUÆ, ac eidem doctissimo ac piissimo Viro de BERTIS per Epistolam exposui casus dispensabiles super Impedimentis occultis, ad me pro remedio spirituali delatos; & semper benigna ab UTRISQUE reportavi responsa, cum Litteris in eodem Sacro Tribunali expeditis pro facultate absolvendi, & dispensandi, gratis, ad solius DEI Gloriam, animarum auxilium, & conscientiarum medellam. Et hic præsentibus Decisionibus de Sacramento Matrimonii sit

F I N I S.

I N D E X

VERBORUM, AC RERUM NOTABILIUM IN HOC TRACTATU De Sacramento Matrimonii.

A



- A**braham cur rogavit Saram Uxorem suam, ut diceret esse sororem ejus? Decif. 22. num. 32.
- A**bsentia nimis longa Sponsi, an Sponsalia solvantur? Decif. 17. num. 20.
- A**concijs fraus, ut Cydippe se ei Sponsam promitteret. Decif. 16. num. 24.
- A**ctus inhonesti an sint liciti inter Conjugatos? Decif. 38. num. 24.
- A**doptio Divina quid homini largiatur? Decif. 24. num. 5.
- A**doptio vel Divina, vel Humana. Et quæ utraque? Decif. 24. num. 2. & 6.
- A**doptio Humana duplex, alia perfecta, alia imperfecta. Decif. 24. num. 8. A quo Jure procedat? n. 1. Perfectæ, ac imperfectæ qui sint effectus? num. 21. & 22.
- A**doptio imperfecta an producat Cognationem Legalem dirimentem Matrimonium? Decif. 24. num. 26.
- A**doptari an quis possit in Patrem, vel in Fratrem? Decif. 24. num. 7.
- A**doptare, vel Arrogare ut quis possit, novem requisita habere debet; & quæ? Decif. 24. num. 19.
- A**doptari an veniant sub nomine Filiorum? Decif. 24. num. 23.
- A**doptivi Parentes an contrahant Cognationem Spiritualem cum Patris? Decif. 23. num. 26.
- A**dventus, ac Quadragesimæ tempore Matrimonia an contrahi possint? Decif. 37. num. 4.
- A**dulter conjux post divortium an teneatur adhærere conjugi innocenti cum requirenti? Decif. 39. n. 27. & 32.
- A**dulteria an essent tolerata apud Hebræos? Decif. 9. num. 13. & num. 25. Qua pœna ab eis plecterentur? ibid. num. 30. Suspicio sola quomodo purgabatur. num. 31.
- A**dulterium cum promissione futuri Matrimonii illud dirimit; septem tamen conditionibus concurrentibus; & quæ sint? Decif. 25. num. 13. Est causa divortii. Decif. 39. num. 23. & quando excuset à divortio? num. 24. & 26.
- A**dulterorum punitiones divinæ. Decif. 25. num. 20. & 21.
- A**gualitas an sit semper servanda in contractibus. Decif. 9. num. 40.
- A**etas, ac anni S. JOSEPH, quando DEI-De Sacram. Matrim.
- A**braham Hebraicè idem est, ac Pater Latine. Decif. 24. num. 3.
- A**bbas Papadopoli laudatus. Decif. 36. num. 26.
- A**bbas S. Justinae de Padua an possit assistere Matrimoniis in Ecclesiis unitis suo Monasterio? Decif. 35. num. 9.
- A**braham cur rogavit Saram Uxorem suam, ut diceret esse sororem ejus? Decif. 22. num. 32.
- A**bsentia nimis longa Sponsi, an Sponsalia solvantur? Decif. 17. num. 20.
- A**concijs fraus, ut Cydippe se ei Sponsam promitteret. Decif. 16. num. 24.
- A**ctus inhonesti an sint liciti inter Conjugatos? Decif. 38. num. 24.
- A**doptio Divina quid homini largiatur? Decif. 24. num. 5.
- A**doptio vel Divina, vel Humana. Et quæ utraque? Decif. 24. num. 2. & 6.
- A**doptio Humana duplex, alia perfecta, alia imperfecta. Decif. 24. num. 8. A quo Jure procedat? n. 1. Perfectæ, ac imperfectæ qui sint effectus? num. 21. & 22.
- A**doptio imperfecta an producat Cognationem Legalem dirimentem Matrimonium? Decif. 24. num. 26.
- A**doptari an quis possit in Patrem, vel in Fratrem? Decif. 24. num. 7.
- A**doptare, vel Arrogare ut quis possit, novem requisita habere debet; & quæ? Decif. 24. num. 19.
- A**doptari an veniant sub nomine Filiorum? Decif. 24. num. 23.
- A**doptivi Parentes an contrahant Cognationem Spiritualem cum Patris? Decif. 23. num. 26.
- A**dventus, ac Quadragesimæ tempore Matrimonia an contrahi possint? Decif. 37. num. 4.
- A**dulter conjux post divortium an teneatur adhærere conjugi innocenti cum requirenti? Decif. 39. n. 27. & 32.
- A**dulteria an essent tolerata apud Hebræos? Decif. 9. num. 13. & num. 25. Qua pœna ab eis plecterentur? ibid. num. 30. Suspicio sola quomodo purgabatur. num. 31.
- A**dulterium cum promissione futuri Matrimonii illud dirimit; septem tamen conditionibus concurrentibus; & quæ sint? Decif. 25. num. 13. Est causa divortii. Decif. 39. num. 23. & quando excuset à divortio? num. 24. & 26.
- A**dulterorum punitiones divinæ. Decif. 25. num. 20. & 21.
- A**gualitas an sit semper servanda in contractibus. Decif. 9. num. 40.
- A**etas, ac anni S. JOSEPH, quando DEI-
- A**ffinitas inter seipsum non sunt Affines. Decif. 31. num. 9.
- A**ffinitatis Etymologia, ac definitio. Decif. 31. n. 1. & 2.
- A**ffinitas an oriatur ex copula cum dormiente, ebria, & sine sensibus? ibid. num. 3. Qualis debeat esse copula, ut camignat? num. 4.
- A**ffinitas quas personas afficiat? Decif. 31. num. 8.
- A**ffinitas tam ex copula licita, quam illicita. num. 10. Qui sint ejus effectus? num. 11. Quot ejus genera? num. 15. Alia ex Linea recta, alia ex transversali. num. 18. Usque ad quem gradum dirimat Matrimonium à num. 21. & seqq. A quo Jure procedat? num. 30. & seqq.
- A**ffinitas gradus quomodo computentur? Decif. 31. num. 19. Eorum Status quis sit? num. 20. Inter eosdem Impedimentum semper durat. d. Decif. 31. num. 14.
- A**fricani Concilii Decretum, ne Conjugati alii nubant de Anno 420. Decif. 10. num. 25.
- A**gar Uxor Abrahami quomodo ab eo dimissa, & repudiata cum puero Ismaele. Decif. 8. num. 1. n. 21. 22. & 23.
- A**ldegundes fugiens à Sponso ambulat super aquas, & sit Sanctimonialis. Decif. 14. num. 22.
- A**lexander Magnus adoptatus in filium à Regina Caria. Decif. 24. n. 14.
- A**lexandri Papæ III. decretum de insolubilitate Matrimonii consummati. Decif. 10. num. 44. Alitudo solutione Matrimonii rati tantum. Decif. 13. n. 1. & 12.
- A**lexandri Papæ VIII. Breve dispensationis ad Matrimonium pro Subdiacono. Decif. 28. num. 18.
- A**lexandrina Virgo, quæ sibi caput à milite fecit abscindere, ne Virginitatem amitteret. Decif. 14. num. 26.
- A**lexius, ac Theonas Abbas Uxores intasas deserunt. Decif. 14. n. 22.
- A**limenta filijs præstantia per Parentes de Jure naturali. Decif. 7. num. 31. Et per Maritum Uxori. Decif. 39. num. 18.
- A**mentes, stulti, ac fatui an possint contrahere Matrimonium. Decif. 19. n. 18.
- A**mentia, & defectus ætatis Matrimonium irritat. Decif. 19. num. 13.
- A**mentia species est nimius Amor. Decif. 19. num. 19.
- A**more Dicitio quid significet? Decif. 36. num. 15.